

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
De
JURAMENTO
CALUMNIAE
ad S. Uber dieses verordnen Wir u. 43.
R. I. N. de anno 1654
Quam
DECRETO ET AUTHORITATE
Magnifici & Amplissimi J^Ctorum
Ordinis,
IN
Illustri & Celeberrimâ
MARBURGENSIUM ACADEMIA:

Summis in utroque iure honoribus ac privilegiis
DOCTORALIBUS rite obtinendis
In J^Ct. Auditorio publicæ eruditorum censuræ submittit
JOH. WILH. WAGNER,
Allendorphensis Hassus ad Salinas.

Die 11. Augusti Anno M DC LXXXVII.



Marburgi Castorum,

Typis JOHANNIS JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.


ss. jur. civ.

287,22

U88.

vol. 129 (11)

DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS,
^{ET}
AMICIS.



Proæmium.

Retissimè existimat Cæliberrimus Ctus Ericus Mau-
ritius jam Assessor Cameræ
Spirensis, in suâ elegantissi-
mâ, & cuilibet præxeos Stu-
dio lo utilissimâ, ad Consilia
Chilionensia præfatione, brevem ad praxin in-
troductionem continente : Expeditissimam
cessationem modum requirere, ista, quæ in
Academiis didicerimus, in succum & sanguinem,
ad fori usum convertendi : Idque duobus,
quæ toro operam suam jam addicentibus po-
tissimum in promptu esse oporteat , perfici :
P R A E C E P T I S nimirum, quibus processus
ratio rectè explicatur, & **E X E M P L I S**, qui-
bus varii casus ad juris & LL. normam revo-
cantur. Utrumque jam ex aſſe exequi , tem-
poris hujus & instituti nostri non est , interim

A

tamen

tamen aliquo modo illud effici posse existimamus, si illa, quæ alias confusè à Dd. de jure
mento calumniæ, in praxi scitu maximè ne-
cessariâ materiâ, magis theoreticè pertractan-
tur, ad fori usum, præeunte nobis d. §. R. I. N.
43., applicemus, & breviter juxta modum
processus præsertim in Imperialis Cameræ ju-
dicio recepti pertractemus, insimulque veras
differentias juramenti calumniæ in causis S.Q.
ab aliis in causis appellationum, revisionum &
restit. in integrum, præjudiciis hinc inde adje-
ctis, demonstremus. Si verò, Benevolè Le-
ctor! tuæ expectationi non satisficerimus,
etiam atq; etiam rogamus, temporis angustiæ,
tenuitatiq; nostræ pro tuâ in nos benevolen-
tiâ atque humanitate adscribas, tibique certis-
simè persuadeas, te non promptius errantes;
monitum, quam nos te monentem se-
quuturos esse. Sit itaque

D. V.

THES.

THESES.

I.

EFronte verò priusquam ad rem ipsam transeamus, utile erit præmonere, hoc juramentum calumniæ non ad juramentum promissorum, nec confirmatorium, quippe utrumque hoc jus jurandum causas non controversas respicit; Sed quia decisionem litis, licet indirectè spectet, & ferè fiat, ut solius religionis injiciendæ causâ injungatur, adminiculumque tantum litis respiciat, ad species decisorii, quod de causis & rebus controversis decidendis præstandum, referri, *Amad. Eckolt. ad tit. ff. de jurejur. §. 4.* Deinde calumniæ verbum ambiguum esse, ut notat. *Umm. remissive Disp. 12. §. 7. n. 28.* In nostro significatu verò nihil aliud esse, quam malitiosam nimis & callidam juris interpretationem, ex eaque dolosam judicii susceptionem, *Cujac. in recit. ad cap. ult. X. de juram. calumn.* De origine hujus juramenti quoquelatè viderilicet *Ummius cit. loc. n. 29.*

THESES.

II.

HIsce præmissis, ad definitionem progrediemur, definitur itaque, quod sit Religiosa contravertentium asseveratio, quam adstruunt, se non calumniandi & protrahendi animo, sed juris sui opinione & fiduciâ fretos, agere & alteri resistere, ac bonâ fide causam semper prosequi velle, juxta ver-

ba §. Über dieses verordnen Wir ic. 43. R. I. N. de
anno 1654. Dass Sie nehmlichen eine gerechte
Sach ic. usque ad verba entschlagen wollen ; vid.
Frantz k. ad tit. ff. de surejur. n. 56.

THES. III.

DE Jure veteri Camerali dividi juramentum ca-
lumniæ solebat in generale & speciale ; illud
erat, quod ab utroque litigantium super totâ causâ
ab initio litis præstabatur, quo jurabant se probabi-
lem litigandi causam habere &c. uti colligitur ex
formulâ Ord. Cam. tit. 65. p. i. Et concept. renov O.C.
t. 87. insertâ. Hoc verò speciale , alias juramen-
tum malitiæ, der End der Bosheit dictum , de non
adhibendo dolo , vel in bonâ vel in malâ causâ con-
ceptum, in quâvis judicii parte, pro arbitrio judicis,
exigi poterat : cuius formulam vide in Ord. C. p. i.
tit. 74. Et conc. tit. 91. Hodierno verò jure ac di-
ctâ nostrâ constitutione Imperii non magnam dif-
ferentiam inter hoc & illud superesse, luculentissi-
mè constat, non solùm ex formulâ novissimâ, quam
exhibit Blum. in concept. O.C. p. 3. tit. 38. in fin. quâ
utraque olim usitata formula in unam transfusa ;
sed & ex Nov. Rec. Imp. de anno 1654. §. 43. quo
juramentum hoc calumniæ etiam in quâvis judicii
parte exigi ac præstari potest, ibi: In welcherlen Theis-
le des Gerichts ic. & non solùm de credulitate justæ
causæ,

causæ , sed & de non adhibendo dolo conceptum est, d. §. ibi: Nicht aus Gefahrde oder böser Meinung. Eodem modò juramenta dandorum & respondendorum, in specie talia, in causis per appellationem ad Cameram devolutis , quorum formulæ prostant in O. C. t. 69. § 71. p. i § in conc. ren. Ord. tit. 89. § 90. quatenus sub novissimâ formulâ Concepto renovatæ ordinationis pag. (m.) 254. § seqq. insertâ, Procuratoribus den 25. Tag Aug. 1656. vigore Gem. Besch. exhibitâ, comprehenduntur, amplius usu non obtinent; quod eò minus difficultatem habet , quoniam hodiè gravamina non articulatim , sed punctatim , summariter concipiuntur, & statim supplicæ pro processibus appellationis adjunguntur §. zu Beförderung der Procesß ic. 64. R. I. N. de anno 1654. in puncto probatorialium tamen articulorum aliqualis usus adhuc deprehenditur §. Diesweilen aber auch ic. 41. §. zu welchem End ic. 49. R. I. N. licet eorundem omissio, quæ plerumq; ut stylus novit, contingit, non vitiet processum , vid. Guilb. Roding. Pand. Cam. in notis pag. (m.) 772. An verò parti exigenti hoc juramentum calumniæ, juramentum malitiæ priùs præstandum referre liceat? de hoc quoniam istud non nisi judice decernente hodiè præstatur, quām maximè dubitandum esset , arg. l. s. §. 14. ff. de nov. oper. nunc. Sed quicquid

tit vel utriusque parti simile juramentum vid. præjudicia apud Blum. sent. Camer. num. 324. Et Mant. 87. vel istud exigenti, malitiæ juramentum pro re natâ, Actori vel Reo, per decretum Judicis de praxi sub unâ formulâ præstandum injungitur, Blum. sent. Cam. n. 941. 291. 528. 630. 952. 507. Mant. 35. In casu delationis juramenti judicialis, si refertur juramentum malitiæ quoque judicis Decreto opus est, ut docet præjudiciū in causa Lichtenstein contrâ Schönburg Mand. de non grav. ubi juramentum malitiæ ad relationem partis Consiliario à judice den 7. Tag Junii injunctum & 13. Tag Septemb. anno 1659. realiter præstitum est.

THES. IV.

Antequam progressum faciemus ad subiectum exigens, paucis videbimus, An hoc juramentum calumniæ exactum & non præstitum, processum retrò nullum faciat, & sic de substantiâ Judicii sit? Quæ quæstio quidem à Dd. Communiter affirmativè deciditur & allegatur L. 2. §. sed quia veremur Et c. C. de jurejur. propter calumn. modò ritè, ore tenus & non tantum in scriptis à parte alterutrâ sit exactum; Quod si igitur nondum præstito secundum dicta hoc iurejurando in causâ concludatur, Judex ex officio conclusionem rescindere, & parti, ut petitum Juramentum sub pœnâ legali præ-

præstet, per interlocutoriam sententiam injungere solet, *Gail. I. obs. 84. n. 6.* secùs ergò si non exactum sit, aut pars exigens de malitiâ jurare recuset, aut in primâ instantiâ Juramentum calumniæ, à parte exactum, non sit præstitum; quo posteriori casu in Camerâ processus ante hac non annullabatur, sed eo non obstante in causa principali pronunciatur, maximè tum, quando pars, quæ tale Juramentum exegerat, Judice ad ulteriora procedente, non appellâset, *Gail. d. l. n. 3.* ex ratione, quia si alias de meritis causæ exactis plenè constet, Judex nullitatis processus non attendit, *O. C. p. 3. tit. 40. §. 1. ibi:*
Sondern darauff in der Haupt Sach erkandt werden soll/was Recht ist ic: add. Gail. I. obs. 42. Hodiè tamen, quoniam nuda exactio præstationem non parit, sed insimul juxta §, *nostrum 43.* decretum judicis, qui justis moventibus causis illud præterire potest, requiritur, non ineptè concludendum, exactum & non præstitum, seu præteritum Juramentum calumniæ, jure novissimo Imperiali non vitiare processum, sed si Judex decernat aut præstationem ex officio injungat, & pars non juret aut jurare nolit, eandem causâ cadere, *l. 2. §. 1. vers. si quis C. d. t. Joh. Wolfgg. Textor. prax. judic. p. 1. c. 7. num. 43,* adeoque nullâ difficultate amplius opus est.

THES.

42(8)26
THES. V.

Quia Juramentum hoc non indistinctè, sed de-
mùm parte exigente, & Judice decernente,
præstandum, subjectum exigens hâc thesi exhibe-
mus. Exigere verò possunt hujus juramenti præ-
stationem omnes, qui legitimam in judicio standi
personam habent, sive suo, sive legitimè alieno no-
mine comparent, *Umm. Disp. 12. th. 10.* Eandem
quoque Judex ex officio alterutrâ parte non exigen-
te injungere potest, *juxta d. §. Über dieses 1C. 43.*
ibi: Oder auch von selbst 1C. etiam post conclu-
sionem, docente Gail. I. obs. 84. n. 6. Observan-
dum tamen priori casu, quô ab alterutrâ parte præ-
statio ejus efflagitatur (quod post L. C. utpote, quo
tempore demùm causa in judicium deducta cense-
tur, in singulis terminis fieri potest, *O. C. p. 3. tit. 15.*
pr.) illud non priùs præstandum esse, quam si Ju-
dex cognoscendo id permittat, *dicit. §. verb.* Und
der Richter darauff erkennet 1C.

THES. VI.

Quomodo nunc à partibus exigendum liquet
ex *O. C. p. 3. tit. 15. §. 2.* Oretenuis scilicet &
non in scriptis tantùm, nam si tantummodò in
scriptis exactum, ac desuper in causâ conclusum, à
Judice absque nullitate processûs de Jure veteri Ca-
merali illud præteriri poterat, *G. B. 13. Septembris*
1593.

40, 12

593. Dep. R. A. de anno 1600. §. Es ist auch ic.
123. & seqq. quoniam pro præstito vel remisso ha-
bitum, cum debito modo & loco petitum non fuc-
rit; Salvò tamen semper præsertim jure moderno
judicis arbitrio, si quando putaverit, Juramentum
ex officio exigendū præstandum ve esse; ex ratione,
quia Judex licet neutra pars exegerit, ex officio illud
injungere potest, iuxta d. §. 43. vid. *Denaïs. Imper.*
Cam. Assess. in jure Cam. tit. 167. §. I. Si verò ore-
tenus & sic ritè exactum, ejus omissio, licet de ure ve-
teri secus, de quo *Gail. I. obs. 84.* exaudiendus, non
tamen constitutione Imperiali, ut *thes. anteced.* de-
monstratum, vitiat processum, nec sententiam re-
trò nullam facit, licet *Blum. proc. Camer. tit. 72. n. 4.*
Gailium secutus dissentiat, in aliis verò Dicasteriis
opinionem *Gail.* obtainere ex Besoldo refert
Schuvann. proc. Cam. cap. 45. num. 21. In foro
Saxonico perindè esse, utrum in scriptis vel sine scri-
ptis exactio petatur, testatur inter alios *Fiebig. in*
process. pag. (m.) 267. Reg. I.

THES. VII.

Exigitur hoc Juramentum sive à Judice, sive à
partibus, cùm ad totam causam pertineat, d. §.
43. vers. Auf die ganze Sach ic. & causa demùm
post L. C propriè in judicium deducta esse censea-
tur *Gail. I. obs. 85. n. I.* post litis contestationem,

B

Idem

Idem Gail. I. obf. 74. n. 12. etiam si præstatio ejus in dilatoriis & declinatoriis fori exceptionibus efflagitetur, quia hodiè actor & reus semper in primo termino litem contestari tenentur, & quidem reus, si declinatorias fori habet, pro lubitu vel cum vel sine eventualium annexione eas proponere debet, utroque tamen modo, præsertim ubi veretur, ne Judex sententiâ irrelevantes declareret, adjunctâ eventuali L. C. idque sub comminatione, quod cœteroquin in contumaciam lis pro contestatâ acceptari debeat: Dilatorias vero & quidem omnes simul semper cum eventuali L. C. ac eventualibus, sub præjudicio præclusionis & respectivè sub poenâ pecuniariâ Eilicher Marck Silber oder Gold exhibere cogitur, R. I. N. de anno 1654. §. Es soll auch hinführo 1c. 37. § s. Und hat der Beklagte 1c. 40. Concordat Ordin. summi Dicasterii nostri Hassiaci vers. Es wäre dann Sach 1c. ibi: Doch dergestalt daß Er denselben zugleich auch eventualem litis contestationem & Respons. Bey Straff i. fl. und Verwerfung der Schrifft anhange; Illius ergo exactio non solum in primo, verum etiam in secundo & tertio termino, & in quacunque judicij parte, à partibus usque ad conclusionem juxta §. nostrum 43. ibi, In welcherlen Theil des Gerichts u. vid. Ord. Cam. p. 3 tit. 15. §. 1 vers. Oder darnach wann der selbe erfordert 1c. add. c. 1. de jur. calumn.

92 (ii) 126

lumn. in 6. & à iudice etiam post eam fieri potest.
Gail. Dict. obs. 84. n. 6.

THES. VIII.

Expositis iis, qui juramenti præstationem exigerent possunt, item quomodo & quando exigendum, paucis delineabimus quoque à quibus personis exigi aut præstari possit. Sunt autem illæ omnes judicium vel suo vel alieno nomine legitimè sulcipientes: Non solùm ergò ipsi litigantes, sed & eorum Advocati & Procuratores sanciente *dict. §. 43.*

R. I. N. de anno 1654. ibi: Eine jede Parthie / wie auch deren Procuratores und Advocatē &c; junct. §. i. Inst. depæn tem. litig. § L. 14. §. 1. C. de judic. illud juramentum præstabunt, & quidem hi in propriam animam, in quantum ipsis causa cognita, **Gem. Besch. den 28. Jan anno 1657.** Litigantes verò & Advocati, vel in propriâ personâ vel per mandatarium speciali §. nostro 43. conformiter subscripto Mandato (cujus formulam Procuratoribus Cameræ vigore **G. B. den 25. Aug. 1656.** traditam *vid. apud Blum. ad Ord. Cam. p. 3. tit. 38. circ. fin.*) in quocunque termino, quando opus est producendo, instructum, qualis non censetur satis qualificatus, si in eius generali procuratorio mentio fiat, de juramento calumniæ præstando, ex ratione §. nostri 43. vers. **Damit auch u. & dictante stylo vid Gail.**

B 2

I. obs.

1. obs. 83. n. 2. sub solitis præjudiciis præstare necesse habent, nisi specialiter excipientur : Excipiuntur itaque (1.) vel principales tantum, non verò eorum Advocati & Procuratores, ut 1. si lis sit inter Parentes & Liberos arg. L. de die c. 8 §. pen. ff. qui satisd. cog. vid. Iul. pac. cent. 3. q. 83. E in Anal. ad tit. Cod. de jurejur. propter calumn. n. 4. Umm. Disp. 12. §. 35. Coll. Fur. Arg. ad tit. ff. de calumn. n. 22. 2. Clericus invitus l. 25. §. 1. in fin Cod. de Episc. E Cleric. De Jure Canonico volens admittendus est. Obrech. de jur. calumn. cap. 5. n. 13. E seqq. 3. si controversia sit inter Dominum feudi & Vasallum text. 2. feud. 33. cap. 1 §. in quib. E c. ubi comm. feudistæ vid. Ludv. Synops. Feud. cap. ult. pag. (m) 418. E seq. (2.) vel principales & Advocati tantum, non verò Procuratores, ut si in causis statuum, Consiliarii jurati & actuales munere Advocatorum funguntur, ipsi ex dispositione d. §. 43. R. 1 N. ibi: Davon jedoch der Kurfürsten und Ständen verpflichtete würckliche Rathé, so viel Ihrer Herren Rechtsfertigungs-Sachen betrifft, zu excipiren, cuius rationem Blum proc. Cam. tit. 72. n. 20. refert. Ut & ipsorum Domini Principales, quoniam propter dignitatis excellentiam in iis cessat calumniæ præsumptio Ant. Del Re, de juram. calumn. cap. 18. n. 2. ab hujus Juramenti præstatione immunes sunt. Exclusis aliis honorariis consiliariis Vul-

go

42(13)
gō von Haub aus per voc. **Würcklicherc.** sic in
causā Lichtenstein contrā Schönbürg Mandati de
non grav. ut suprà th. 3. in fin. notat. Consiliario
Juramentum malitiæ injunctum ; Aliud præjudi-
cium in causā Waldeck contra Ost-Friesland refert
Blum. in mantiss. sententiarum n. 35. pag. (m.) 485.
ut & procuratoribus, qui in quantum ipsis causa
cognita & de iis, quæ ratione processus obveniunt
comment. ad Roding. pand. Cam. L. 3. tit. 30. pag.
(m.) 838. omnino jurare teneratur. (3.) Excipiuntur o-
mnes tam principales, quam Advocati & Procura-
tores, ut in causis Fiscalibus, ubi tam illi, quam hi ne-
cessitate quādā officii, ratione cuius calumniari non
consentur, *Schnob. D. 25. 8. 22. adacti agūt; nec obstat,*
quod omnes hoc præstare obstricti sint, quicunque
per d. *Recess. I. N.* specialiter non exempti, quia te-
stante *Gail I. obs. 90.* à veteri Juramento per obser-
vantiam Cameralem Procurator & Advocatus fisci
exempti fuerunt, quæ observantia, quia singularē
rationem continet, per *R. I. N. §. 43.* non potest
censeri immutata, sed potius cùm expressè non cor-
recta pro tacitè repetita habetur; Quid verò de aliis
ex officio datis advocatis & procuratoribus sentien-
dum, num & illi à præstatione hujus Juramenti im-
munes sint; quæstionis est? nos licet hi jussu magi-
stratus e. gr. pauperibus patrocinentur, ad jura-
mentum hoc præstandum tamen cogi posse, pro-

B 3

pter

pter calumniæ suspicionem nullobique factam exemptionem meritò dicimus , potiusque in conscientiâ convictis de malâ causâ, quam tuentur, suademus, ut relicto causæ patrocinio se excusent , & hoc ita practicatum esse sæpissimè meminimus.

THES. IX.

Sequitur nunc hujus Juramenti objectum , tota nimirum causa super quâ præstandum d. §. 43. *ibi: Auff die ganze Sache.* Causæ autem ad Cameram vel per viam s. q. de quibus constat & in specie §. 43. *R. I. N.* est exaudiendus , vel per viam appellationis (nam & in causis appellationum Juramentum hoc calumniæ appellatum, ejusque Advo- catum, ut & Procuratores, utrinque , in proprias animas ad delationem partis appellantis præstitisse , constat ex præjudicio, quod notat *Gambs. ad d. §. in causa vig. contrâ Bartels 2dæ appellationis, ubi hoc iis per decreta den 13. Martii 20. Octobris 1657. injunctum:) legitimè devolutæ esse debent. Quænam verò causæ hîc justè devolutæ dicantur, nostri instituti jam ostendere non est, interim videri licet *amicci alicuius Disputat. nuperrimè den 5. Novembris 1686. Erfurt. habit. de Jurisdictione Camerali.* Hinc in Criminalibus ut & matrimonialibus , quatenus quoad has Jurisdic̄tio Cameralis non fundata, præstandum non est, quod idem in aliis inferioribus*

42 (15) 26

bus Dicasteriis ex specialibus rationibus observari
quidem testantur *Obrecht. cap. 8. num. 19* & seqq.
& *Umm. Disp. 12. thes. 10 n 45.* Interim tamen
etiam in matrimonialibus ob singularem malitiæ
præsumptionem in illis Juramentum malitiæ præ-
standum esse refert ex *Menoch. Struv. S. f. C. Ex-*
erc. 17. th. 74. ubi & de contrario usu in criminali-
bus cum *Perez ad Cod. ibid. alleg.* testatur. Ex-
cipiuntur porrò omnes causæ momentaneæ pos-
sessionis, in quibus in Camerâ Imperiali non jura-
tur de calumniâ *Gail. I. obs. 6. n. 3.* quamvis *Posth.*
de Summ. Possess. obs. 81. contrarium ex jure deci-
dere velit.

THE S. X.

Formam Juramenti calumniæ in eo, ut idoneo
tempore, loco & modo præstetur, consistere sa-
tis constat; Tempus est, quod sit præstandum post
L. C. ex ratione, quam habet *Gail. I. obs. 85. n. 1.* cui
accedit, quod hodiè actor & reus, licet saltem even-
tualiter in primo termino, sub præjudicio solito li-
tem contestari teneantur, & hoc Juramentum non
nisi exigente parte & judice concedente, quod ad
minimum in primo termino & post eum fieri de-
bet, præstent. Ex quo fluit indistinctè sive super
punctis emergentibus, verb. gr. exceptione dilato-
ria, quod tamen contradic. §. 43 ibi: Auf die ganze

Sache

Sache / esset , sive super causa principali exactum ,
post L. C. præstandum esse ; contra sentit *Blum. tit.*
72. n. 22. Nec itaque duntaxat in primo termino ,
sed in secundo , tertio & quarto , quandocunque à
parte efflagitatum & à Judice de super latâ sententiâ
declaratoriâ impositum est , præstari ; nec manda-
tum speciale ad jurandum præcisè in primo termi-
no , sed quandocunque opus est , produci potest .
Locum præstandi Juramentum quod attinet , illud
præstandum est coram Judice , quando is coram tri-
bunali sedet , quod etiam in Camerâ observari , re-
Etè tradit *Blum. tit. 72. n. 23.* ubi § seq. n. 24. mo-
dum refert , quod scilicet primum protonotarius
formulam Juramenti , quam vid. in *Conc. Ren. O.C.*
p. 3. tit. 30. p. 253. apud Roding. l. 3. t. 30. pag. 843.
prælegat , quô factô Procurator juraturus è suo lo-
co tribunal accedens , sceptrum tribus digitis tan-
git ; postea sublevatâ manu erectisque digitis co-
ram Judice stante , repetit hanc à Judice recitatam
formulam : Wie mir ist vorgelesen / und Ich wohl
verstanden habe , dem ist also und will ich also nach-
kommen . Sowahr mir Gott helfe und sein heiliges
Evangelium .

THES. XI.

CAusa inducendi juramentum calumniæ est pu-
blica utilitas in eo consistens , ut & lites & ca-
lumnia-

lumniatores minuantur, & sacramenti timore temeraria litigia coērceantur, & sic metu conscientiæ nō solūm à falsâ & iniquâ actionis dictatione aut exceptione, sed & in utilibus dilationibus & probationibus non necessariis litigantes deterreantur omnesque fraudes evitentur, sed utrobiique veritas elucescat, & non occultetur. *Umm. proc. Disp. 12. th. ult.*

THE S. XII.

Restat effectus, quia aliis est præstiti aut remissi, aliis recusati. Diximus præstiti aut remissi, quia eadem vis est remissi ac præstiti *L. 5. §. fin. l. 9. §. 1. ff. de jurejur. l. 1. C. 8. de R. C. remissio autem tacitè, si sc. id non exactum, nec à Judice ex officio injunctum sit, fieri potest, non expressè, quia ejusmodi pactum viam calumniis aperiret, & sic per consequens turpitudinem contineret; Unde reprobatum est. *Gail. 1. obs. 85. n. 2.* Præstiti jam aut remissi effectus in eo consistit, ut deinceps sine calumniæ suspicione lis procedere possit, *L. 2. pr. §. 3. 5. 8. C. de juram. calumn.* usque dum evidenter de calumniâ appareat, *Umm. Disp. 12. n. pen.* nisi quod in specie ad præstiti juramenti calumniæ effetum nonnulli referant, quod jurans de calumniâ, etiam si causa postmodùm cadat, immunis sit à refusione expensarum, *vid. Carpz. in proc. tit. 24.**

C art.

art. I. n. 55. *Specul. lib. I. part. 3. §. nunc de expensis.*
Franc. Marc. Dec. 776. n. 3. p. I. & Hieron. de Cæ-
vall. spec. aur. quæst. 448. qui hanc quæstionem
 in utramvis partem disceptat , ex ratione, quia ju-
 rans de calumniâ non prælumatur esse immemor
 æternæ salutis , adeoque legitimam litigandi cau-
 sam habuisse credatur. *Specul. d. l.* Verùm rectius
 contrarium docet *Mauritius in Cons. Chil. 3. n. 42.*
 & seq. *Victus enim Victor i regulariter in expensas*
condemnandus est, l. 13. §. 6. C. de judic. & § 1. in fin.
Inst. de pœn. temp. litig. & hanc sententiam in praxi re-
 ceptā esse testatur alleg. *Mauritius* auctoritate Bo-
 ccer. Harprecht. Carpz. Menoch. Berlich & aliorum
 ibidem , quibus jungas *Umm. disp. 12. Thes. ult.*
num. ult. Recusati Juramenti calumniæ verò effe-
 ctus in pœnâ ad heredes non transitoriâ consistit,
 quæ respectu actoris est, ut causa cadat *l 2 § 6. C de*
juram. calumn. respectu Rei, ut pro confessio ha-
 betur *d. l. 2. § 7.* idque ipso jure, interveniente ta-
 men utroque casu judicis sententiâ, quæ priori casu
 absolutoria, posteriori condemnatoria est, *Gail. I.*
obs. 86 n. 1 fac Schubbs obs. 55. n. 46. & seq. *Struv.*
Ex. 17. th. 75. ante quam sententiam tamen pars
 contumax in non jurando moram purgare ac pe-
 titum juramentum præstare potest, ex rationibus,
 quas habet *Gail. d. l. n. 2. & 3.* Advocatorum &
 Procuratorum non jurantium pœna, quoniam in
 dictâ

dictâ Constitutione Imperiali §.43. nulla constituta, est pecuniaria eaque arbitraria. *Gail. i. obs. 89.*
n. 4. quando pœnam hanc mereantur, vid. apud
Blum. tit. 72. n. 15. Notandum adhuc juxta suprà
th. 9. tradita, quodsi Advocatus appellati citatus
 adjurandum, & Juramentum hoc calumniæ intra
 tempus præstitutum non præstet, eadem pœna pu-
 niatur, quâ Advocatus appellantis, h. e. Ein March
 Goldes (facit 72. Goldgûlden/ current. 96. Reichs-
 thaler 1. marca argenti verò 8. Rthl.) ita die 20. O-
 ctobris 1657. in suprà dictâ causâ appellatorum
 Bartels Advocatus jurare se excusans, in pœna in
 non Jurantium condemnatus est, quam etiam
 ad instantiam Fiscalis solvere debuit, referente
Gambs. add. S. 43. R. I N.

THES. XIII.

HAETENÙS de Juramento calumniæ in causis
 simplicis querelæ & uno speciali casu in cau-
 sis appellationum usitato, sequuntur nunc affinia,
 quorum primum se exhibet JURAMENTUM
 CALUMNIÆ DE NON FRIVOLE APPEL-
 LANDO, quòd appellans ejusdemque Advocatus
 per Procuratorem speciali mandato (cujus formu-
 lam vide apud *Blum. conc. ren. O. G. pag. 255:*) in-
 structum coram judice ad quem, nisi privilegium
 judicii inferioris aliud indulgeat, in primo reprodu-

ctionis termino sub pœnâ desertionis jurare tene-
tur. Ejusmodi privilegio gaudent summa Dica-
steria Serenissimi nostri Principis, vi cuius coram iis-
dem hoc jus jurandum non modo præstandum, ve-
rūm etiam summa appellabilis extensa est ad 1000.
Goldgüsden Reinisch per Imperatorem Ferdinan-
dum III. de dato Wien den 26. Aug. 1650. accept. in
Camerâ 20. Octobris 1657. Quod si igitur judici-
uni à quo, cui tale privilegium concessum est, Ap-
pellantem ad præstationem admittere nolit, tunc
Appellans oblationis ad jurandum, & respectivè ca-
vendum, legitimè factæ documentum authenti-
cum supplicæ pro processibus sub denegationis
pœnâ §. Und nachdem 2c. 120. R. I. N. de an-
no 1654. adjungere necesse habet, quô factô & hic
in primo reproductionis termino ad hoc jusjuran-
dum coram Judice ad quem præstandum admitti-
tur non minus, quam sub dictâ pœnâ tenetur, R.
I. N. de anno 1654. §. Zumahlen aber 118. Dif-
fert Juramentum de non frivolè appellando à Jura-
mento calumniæ in specie ita dicto pluribus modis,
vel enim (i.) ratione subjecti, ita ut (i.) Juramentum
calumniæ de non frivolè appellando tantum à prin-
cipali & advocate, non autem à procuratore, juxta
§. Zumahlen aber 2c. 118. d. R. N. I. G. B.
den 28. Junii 1657. §. i. Juramentum calumniæ
verò tam à principalibus quam Procuratoribus &
Advo-

Advocatis exceptis Statuum Consiliariis juratis & actualibus d. §. 43. præstetur. (2.) Juramentum de non frivolè appellando ab appellante ejusq; Advocato , non ab appellato præstandum , nisi & hic nova deducere velit , quo casu jure appellantis uti censetur , & mandatum ad jurandum simul cum advocate exhibit & jurat, *juxta* §. **Wie ebenmässig** 2c. 73. *in fin.* Juramentum calumniæ verò indistinctè tam ab auctore, quam reo. (3.) Juramentum de non frivolè appellando quoque ab Advocate sive consiliario vel ab aliâ personâ præstandum nonnulli asserunt , quia à Juramento calumniæ vel in causis S. Q. d. §. Über dieses 2c. 43. expressis verbis Consiliarii actuales exempti sint , hinc verò in §. **Zumahlen aber** 2c. 118. non : concludunt igitur Constitutionem neminem excipientem generaliter transire : deinde quia in §. **Auch zum sechsten** 2c. 117. etiam Comites & Barones, qui ut sæpè Status Imperii sunt , *Blum. proc. Cam. tit.* 48. §. 44. jurare jubeantur. Si ergò Major , Dominus scil. jurare obstrictus est , quidni & minor Consiliarius , majori inserviens , secundum illorum opinionem. Videantur in utramque partem disputantes: *Aut. ad Roding. L. I. tit. 26. in Not. pag. 381. & seq. Textor. in suis Disp. ad R. I. N. Disp. 4. th. 18. ubi quoque præjudicium habet, & dissentiens Blum. proc. Cam. tit. 48. n. 56.*

Quæ ex aliorum sententiâ hûc apposuimus, non ut litem hanc nostram faciamus, sed ut prudentioribus judicium relinquamus. 4. Juramentū de non frivolè Appellando tam à principali & advocate viventib; quām etiam eorum successoribus; Juramentum calumniæ verò minimè est præstandum à successoribus. (II.) Ratione objecti patet differentia, Juramentum calumniæ regulariter in causis S. Q. quænam istæ sint & dicantur videatur Textor. ad R. I. N. disp. 4. th. 4. Juramentum de non frivolè appellando verò in causis appellationum tantùm locum habet. (III.) ratione effectus, ita, ut istud sub pœnâ, quam supradenominavimus; Hoc verò à principalibus sub præjudicio desertionis, & à parte Advocati, sub pœnâ unius m. auri, præstandum sit. (IV.) Ratione formæ ad Juramentum de non frivolè appellando appellans, sub dicto præsentissimo desertionis præjudicio & Advocatus caufæ sub d. pœnâ i. m. a. in primo reproductioni termino sese offerre & mandatum speciale ad jurandum per procuratorem producere cogitur R. I. N. §. Zumahlen aber 1c. 118. & §. Wie ebenmässig 1c. 73. 2. In Juramento calumniæ oblatio necessaria non est, sed usque quo à Judice aut parte exigitur, securè expectatur. Deinde in Juramento appellationis Juramentum malitiæ ejusque delatio non habet locum, quia hoc Juramentum

tum lex ipsa defert. *vid. Mev. part. 6. dec. 216.* In Juramento calumniæ regulariter secùs, cùm non præstetur, nisi Judice aut parte exigente, 3. Hoc Juramentum calumniæ semper coram Judice Superiore. Juramentum autem calumniæ, de non frivole appellando, quandoque apud Judicem inferiorem, si privilegium habeat, quod tunc in personâ, nisi persona sit illustris, fieri debet; 4. Denique idem cum insertis clausulis novorum deducendorum, istud minimè.

THES. XIV.

Secundùm affine est JURAMENTUM REVISORIUM, quod in causis revisionum locum habet, ad cuius præstationem procurator speciali mandatotam à principali, quam advoco causa subscripto instructus, intra 4. mens. in animam principalis & advocati se admitti, sub præjudicio desertionis, petere debet. *juxta N.R.I.S. Infal-*
len 12c. 125. Differētia hujus à calumniæ jure jurando ferē patet, (1.) quod in causis revisionum tantum locum habeat, (2.) quod præstetur tam à Principali, quam Advoco revisionem petente, non ab alterâ parte, idque in Camerâ præcisè vel in personâ, vel per procuratorem specialiter ad id instructum. Num & procurator in animam propriam hoc Juramentum præstare debeat, quæstionis est? Hoc quidem

quidem sic videtur ex d. §. 125. v6. Procuratoren
 eignen Schwerens halber / verùm neque olim pro-
 curatores in propriam animam jurârunt, neque ho-
 diè jurant, stylo sic dictante. vid. Blum.proc.Cam.
 tit. 79. num. 17. Judæus revisionem petens vel in
 personâ, vel per alium Judæum ad id speciali man-
 dato instructum Juramentum revisorium præstare
 tenetur, quod commune habet cum aliis Juramen-
 tis in Gämmerâ usitatis. (3.) intra 4. menses. (4.) in
 antiquâ formulâ. (5.) Sub pœnâ desertionis, rei ju-
 dicatæ & executionis. (6.) Plurimi authores ab o-
 mnibus principalibus etiam Statibus eorumq; Ad-
 vocatis præstandum revisorium Juramentū con-
 dunt, cùm §. 125. R. I. N. generaliter, nemine excepto,
 loquatur, & à §. 43. ad hunc §. nō liceat argumentari.
 cùm hæc diversa sint, & sic privilegium in d. §. 43.
 contentum strictè interpretandum, nec ad separa-
 tum minimè comprehensum extendendum sit,
 juxta can. privilegia dist. 3. c. 16. cum sim. X. de priv.
 §. 8. Inst. de jur. N. G. E. C. facit l. 2. §. 1. ff. de vac.
 E. excus. mun. Textor. Disp. 6. th. 6. sic cum in
 causâ Dorvil contra Porst. Syndicus Civitatis
 Franckfurtensis ad d. §. 43. Juramentum præstare
 recusaret, id non acceptum est, sic in causâ Waldeck
 contra Ost-Friesland S. Q. nunc executor: Consi-
 liarii Comitis modò Principis Frisiæ se obtulerunt
 ad Juramentum revisionis 5. Julii 1655. vid. Ro-
 ding.

ding. pag. (m.) 1016. & seq. L. 3. tit. 61. Sic quoque in causâ Orthen Königlichen Dhanischen Residen- ten zu Frankfurt contra Leiningen Westerburg mandati decisi de solvendô vel dim. hypoth. S. C. nunc revis. contigisse, ubi tam Comitem, quam Consiliarios se ad Juramenti revisorii præstationem per Notarium, (quod plerumque fit,) den 7. Aprilis 1684. obtulisse, meminimus. Quousque Status Imperii devincti sint ad jurandum, nostrum non est definire, alii, quibus fas est, hoc dijudicent.

THES. XV.

Restat nunc ultimum affine JURAMENTUM RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, quod locum habet in causis restitutio- nis in integrum, adversus latas sententias Camerales, circa quod hoc unicum notandum, quod statim in primâ audientiâ, quando petitio istius proponitur, procuratores simul in eodem termino speciale mandatum ad præstandum hoc Juramentum calumniæ de non frivolè pet: restitutio- nem à princiali & advocato causæ subscriptum producere, atque in illorum atque propriam animam præmemo- ratum Juramentum præstare teneantur, vigore G. B. 7. Julii anno 1669. & G. B. 7. Julii anno 1671. ubi quoque formula mandati specialis ut & Juramenti habetur. Quid verò dicendum de hoc

D

caſu

casu, si quis prius ex justis causis restitutionem in integrum adversus lapsum fatalium, quadriennii scil. petendi restitutionem in integrum adversus latam sententiam petere debeat, an statim quoque & ibi in primo termino hoc Juramentum præstare necesse habeat? primo quidem intuitu videtur dicendum, quod sic; quia in isto termino simul quoque supplica vulgo imploration-Schrifft pro restitutione in integrum adversus latam sententiam exhibetur, adeoque disposit: d. G. B. vom 7. Julii 1671. ibi:
So balden sie deswegen Gerichtlich anrufen werden ic. locum habere videtur: Verum quia hoc tantum in eventum fit, & propterea supplicacum deductione gravaminum adhibetur, ne inutilis videatur petitio restitutionis in integrum, adversus lapsum quadriennii, dicta dispositio comm. Decreti cessabit, & eventualis oblatio citra præjudicium causæ sufficiet; Ita quoque factum esse in causa R. & cons. pauperū zu Frankfurt contra Dr. R. zu M. meminimus, in quā procurator se den 13. Febr. anno 1685. ad Jurandum per scriptum recessum obtulit. Ceterum hoc loco quoque expediendum est, utrum Status Imperii ipsorumque Consiliarii jurati, & actuales ad præstationem hujus Juramenti adstringantur, an verò immunes sint? Pro affirmativa afferuntur sequentia: quia restitutionis in integrum Juramentum æquipollit Juramento calumniæ,

Iumniæ, cū hæc Juramenta in *Decreto communide anno 1671.* æquiparentur, & Statuum Consiliarij in Rec. I. N. de anno 1654. §. 43. à Juramento calumniæ exempti legantur; Itaque ex eodem fundamento in causâ Baden-Durlach contra Württemberg mandati immiss: S. C. nunc rest. in integr. in primo productionis termino Dr. Z. Advoc. & Procur. Cam. se eventualiter ad præstationē hujus Juramenti obtulit, alias prætendens privilegium exemptionis, hisce ferè verbis: Auff Gnädigsten Special-Befehl des Regierenden Herrn Administratoris zu Württemberg Fürstl. Durchl. producire unterthäufigste imploration-Schrifft pro in integrum restitutione wider den 7. Julii 1684. eröffnete paritori-Urtheil; Dieweilen aber M. hochged. Herr Ihr Fürstl. Durchl. ausz denen super restitutionibus in integrum ergangenen Gem. Bescheiden sich referiren lassen und dafür halten / daß dieses hochpreißliche Gericht solche von der Chur. und Fürsten Processen nicht verstanden habe, So producire eine deßfalls an mich ergangenes Gnädigstes Special-rescript sub Num. i. bitte recogn. und beziehe mich auff den Inhalt und einverleibte eventual-oblation. Negativam alii defendere conantur, quia d. §. 43. specia-liter sit interpretandus, nec secundum nonnullorum opinionem, ab aliis revisionum & appellacionum

tionum Juramentis immunes sint, quare æquè ac
alii ad præstationem hujus Juramenti teneantur
vid. *Roding.* pag. 1016. Præjudiciis quoque hanc
sententiam firmant, sic in caus. der Stadt Nördlin-
gen contra die Graffen zu Dettingen, Comites per
Iuum Procuratorem D. de G. hoc Juramentum an-
no 1684. præstiterunt; sed nec nobis hanc contro-
versiam decidendam putamus, determinant ipsi
Status Imperii; Potius D.O.M. pro concessso cle-
mentissimè ad specimen hoc inaugurale non mi-
nùs, quām ad cuncta nostra cœpta auxilio gratias,
ex imis cordis penetralibus, agimus, Cui soli sit
Gloria.



COROLLARIA.

I.

Injuria verbis Titio à Cajo illata, à Cassio
narratur in consortio eorum, qui jam ante
notitiā illatae injuria habebant, queritur, an
Titio Actio injuriarum adversus Cassium
competat? Respond. Neg.

2. Feudum legari potest.

3. Austregarum Jurisdic̄tio magis ordinaria
quam delegata est.

4. In

4. In causis spiritualibus Jurisdictio camera quandoque fundata est.
5. Cautela est, in statuum provinciis vel territoriis dividendis observanda, ut cohæredes, priusquam sorti divisionem committant, conventionem, quod singuli pro rata portio nem suam ad sustentandam Cameram sint soluturi, judicio Camerae per viam supplicie exponant atque offerant rogando, ut pro insinuat habeatur talis divisio.
6. Usuræ cum sorte ad constituendam summam appellabilem cumulari possunt.
7. Causis summa minoris seu non appellabilis, per remedium revisionis particularis prospectum est, nisi privilegia Principis vel statuta obstant.
8. Iudicem à quo unâ cum Actis rationes decidendi sub pœnâ edere debere, est saluberrima R. I. N. constitutio.
9. Maxima est differentia inter formalia & solennia appellationis.
10. Differunt Exceptiones non devolutæ & defertæ appellationis.

II. Re-

92(30)289

- ii. Revisionis remedium est ordinarium non extraordinarium.
12. Ab hoc remedium restitutionis in integrum adversus latas sententias longè distat.
13. Reconventio in exceptionibus non in duplicitis adeoque statim in primo termino propo-
nenda.
14. Communia Decreta Cameralia usque ad visitatorum vel Statuum Imperii ratifica-
tionem seu mutationem vim legis habent.
15. Ius naturale est, quod Deus hominum cor-
dibus inscripsit, ut sciant quid honestum sit
et appetendum ac faciendum, quidve tur-
pe et omittendum.
16. Ius à justitiâ recte appellatur.

F I N I S.

